Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo
credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine pre-
dicante? Quomodo vero predicabunt nisi mittantur? Sicut scrip-
tum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, ev-
angelizantium bona. Sed non omnes obediunt evangelio.
Ysayas enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo
fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico:
Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram
exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Secundum
In illo tempore: Ambulans Ihesus iuxta mare Matheum
Galilee vidit duos fratres Symonem qui vocatur Petrus et
Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant e-
nim piscatores. Et ait illis: Venite post me, faciam
vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis
retibus secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos
fratres, Iacobum Zebedei et Iohannem fratrem eius in navi cum
Zebedeo patre eorum reficientes retia sua, et vocavit eos.
Illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum. In
Beatus vir qui inventus est sine vigilia unius apostoli lectio sapientie
macula, et qui post aurum non abiit nec speravit in pe-
cunie thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum?
Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et per-
fectus inventus est, et erit illi gloria eterna. Qui potuit trans-
gredi et non est transgressus, et facere mala et non fecit. Ideo
stabilita sunt bona illius in domino, et elemosinas illius enar-
rabit omnis ecclesia sanctorum. Evangelium: Ego sum vitis vera. Require
in natali sancti Vitalis. In die sancto ad Effesyos
Fratres: Iam non estis hospites et advene, sed estis cives